



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCIV. De Destructione territorii Sudoviae dicti Crasime.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hartmannus C. de Heldrungen VIII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Mangoldus de Sterenberg XI. Mag. Provinc. in Prussia.*

Hodiè ex Veteri arce, incendio consumptâ, non nisi mari conspiciuntur. In arce nova hodiè sedem suam habet Regius Oeconomiae Mariæburgensis Administrator.

## CAP. CCIV.

*De**Destructione territorii Sudoviae  
dicti Crasimie.*

**F**rater Manegoldus Magister ut bellum Sudovitarum per prædecessores suos viriliter inceptum non tepesceret tempore suo, sed proficeret de die in diem, congregavit omnem virtutem Exercitus sui, & in die purificationis B. Virginis Mariae intravit territorium Sudoviae dictum Crasimam, vastando per incendium & rapinam; habitationem etiam illius potentis Viri Scumandi Capitanei dicti territorii redegit in favillam & captis & occisis CL. hominibus cum præda maxima est reversus. Iste Exercitus dum dictum territorium intrare vellet, erravit & in illo errore ex Dei providentia facto, qui nihil solet agere sine causa dispersus fuit, & sic intrans territorium occupavit & destruxit. In hoc bello frater Ulricus Bavarus Commendator de Tapjovv & IV. viri ceçiderunt interficti & Fr. Ludevicius de Libencele captus fuit.

*Anno Dn. MCCLXXXIX.  
Martinus Papa IV. & Ruphus Rex Romanorum  
regnaverunt.*

*Hoc tempore mense Februario Piscis marinus in illa plaga maritima qua sita est versus monsens alatum & portatus apud urbem Veterem quo militudo Curialium venit, ad vindicandum monstrum hoc, quia pellus ejus pilosa fuit, pedes breves, caudaleonina, Caput Leoninum, aures, os dentes & linguam habuit quasi leo. Referebatur quod in ejus capitione plantus horribiles emiserat, sic quo multi pranosticabant futuræ ex hoc. Et ecco non longè post in regione Sicilia Panormitanis succensis rabies Gallicos qui morabantur ibi omnes tam males quam feminas in predicti Regis contemptum occiderunt. & quod detestabilius fuit mulierum Larinarum pregnantium latera aperientur.*

**CAP.**